

Mythologia, Venise, 1567 - III, 14 : De Somno

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[28\] : De Somno](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 14 : De Somno](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 15 : Du Somme](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 14 : Du Somme](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - III, 14 : De Somno, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 17/09/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/827>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 73v°-75r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Sommeil](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae

Mutari, huc illuc & sine lege fluant.

Hec vna durissima omnium Deorum, maximeque implacabilis habebatur: quæ cum nullius precibus flesteretur, nulla etiam sacrificia, nec templa, nec sacerdotes, nec ritus sacerorum obtinuit. Huius duritiem & implacabilem voluntatem ita significavit **Orpheus** in hymnis.

... ut si pater esset tuus, deo pater tuus astra reges.

Nec prece, muneribus nec tu placabilis vlli.

10 Hanc miris laudibus antiqui sapientes ex culerunt, ut solam portum sedemque turissimam quietis. Hec multis corporis morbis nos liberat, hæc tyrannorum crudelitati suberahit, hæc principibus adsequat, hæc omnibus viris bonis iucundissima accedit, nisi quantum naturæ leges repugnant: neque quam est, quin eam lxxissimo animo excipiat præter sceleratos, qui grauiota se passuros esse post mortem iam nunc viventes augurantur & quasi presentiunt. Huius laudâ amplissimum & uberrimum argumentum habuit **Alcidamus**, qui orationem composuit de laudibus Mortis, de qua quoniam nihil mystice dictum ab antiquis video, reliqua quæ de illa dicuntur fabulosè prætermittere decreui, & de Somno pertradidare.

20

De Somno.

Cap. XIII.

Quod Somnus ex Erebo Nocteque natu sit, dictum est iam superius; cui præter supradictas Mortem sororem etiam addidit Ophæus. Hæc tamen non ab inferis, sed è celo missum fuisse ad Palinurum scripsit Virg. lib. quinto;

Cum leuis æthereis de lapsus Somnus ab astris
Aera dimouit tenebrosum, & dispulit umbras
Te Palinure petens.

30 Hunc alatum esse tradiderunt poetæ, quia celestine vniuersum terrarum orbem peragraret, & leuissimus ac tacitus inopinantum oculos aggredieretur ut ait Tibullus in secundo Elegiarum;

Postque venit tacitus fulvis circundatus alis
Somnus, & incerto Somnia nigra pede.

Illud vero, quod scribitur ab Homero in principio secundi libri Iliadis, non facile intelligo, cur Somnus scilicet à Iove mittatur ad excitandum Agamemnonem, quo armari iubet multitudem; cum sit Somni munus vel magis etiam opprimere somno grauatos, quād excitare. Nisi tamen pro Somno Somnia ibi intelligantur. Hic Somnus facit ut vulnera, ut vincula, ut sesuitatem, ut carceres, ut omnia incommoda mortales, dum adeat, æquo animo ferant, ut omniū malorum obliuiscantur, ut omnes animi curæ solitudinesque recedant, ut ait Euripides in Oreste;

*πειθεῖσθαι δέλλας οὐτερος, λασινηρος σίτην,
τειχειρει προσδέλιο εἰσετείν.
μητέρα δέλλα τὰ κατά, ωντος εργά.
καὶ μητέρας προσδέλιο εἰσετείν.
Somne δέ leuamen dulce, & cgritudinis
Medea dulcis, ut uenit mi optabilis.
Obliuio malorum, ut apto tempore
Nobis miselliis aduenis iucundaque.*

Nobis

Hic somnus tanquam atrocissimus publicanus, ut dicere solebat Ariston, dimidium ætatis nostræ ad se rapit: quare & Lethe frater iure dictus est ab Orpheo, & rerum omnium quies, ut est in hymno in somnum;

Somnus aetatis nostræ per securum, mortuorum deponens.

Auctoripum sicutus omnis qui deponens.

qui secundum hanc usus lapide papaveris ipsius.

qui secundum pallido cerasino, dulcissime suauiferas.

Auctoripum pax ipsius letibus transmutata.

Somne beatorum Rex, & Rex Somne virorum.

Quem fugiunt curæ, sequitur quem blanda quies; &

Solus habes grauium solamina certa malorum.

Qui mortis formam inducens animalia seruas.

Nam germana tibi cum Lethe pallida Mors est.

sic Ouidius etiam in lib. xi. mutationum;

Somne quies rerum, placidissime Somne Deorum,

Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris

Fessâ ministeriis mulces, reparasque labori.

Cuius mira elegantia poeticaque suavitate domum descripsit idem poëta,

cui mille filios, vel potius infinitam filiorum multitudinem tribuit, sed tres
præcipue nominauit Moriæ, Icelum, & Phantasmum. Et enim Somnus om-

nium prope rerum naturalium dulcisissimus optimus ac utilissimus, si moderatus existat, cui omnia animalia subiiciuntur, quare iure ab Orpheo

Rex hominum & Deorum dictus est. Quam misera sit eorum qui exteris fe-

licitissimi videntur conditio, qui summe rerum sunt preferti, demonstrauit

Homerus in lib. a. Iliad. cum omnes Deos & homines dormientes induxe-

rit uno excepto Ioue. Idem poëta lib. 5. ingentibus donis à Iunone solicita-

tum Somnum facit, ut Iouem cōsopiret, qui se id facere aliás aggressum me-
morat, sed ea causa iratum Iouem ipsum in mare deiecit: quem nisi Nox

hominum ac Deorum dominatrix seruasset, ad quam confugit, periisset omni-
no; quare se id nulla ratione ausurum contendit. Tanta est regum summo-

rumque Imperatorum felicitas; qui, cum ut Di colique videantur, omnium èt
mortaliū sunt miserrimi. Fabulosam Somni ciuitatem, in qua somnia habi-

ta re dicebantur, non ineleganter descripsit in libro secundo veterum histo-
riarum Lucianus; qui in amplissima planicie illam sitam esse inquit, circa

quam sylua est frequentissimis procerisque arboribus, quæ papuera sunt,
altissimæque mandragoræ, atque herbe ibidem complures, quarum succi in-
ducant soporem, quæ florent ubique in illa planicie. Magna vespertilionum

copia est hic illuc ad illas arbores volitantium, & noctuarum, & bubonum,
& nocturnarum animalium; neq; vix preterea aues ibi esse consueverunt. Fi-

niuus hanc urbem alluit placidissimus Lethe nomine, quem alii Nyctipo-
rum appellant, cuius cursus tacitus est, & oleo persimilis. Nascitur is è duo-

bus fontibus in obscuro & nulli cognito loco scatentibus: quorum alter Pâ-
nychius, alter Negretus appellatur. Habet hæc ciuitas duas portas, alteram

corneam miro quodam artificio constructam, in qua omnia prope expressa
sunt, tanquam in pictura, quæ dormientibus vera insomnia occurunt; alte-
ram ex ebore candidissimo; in qua & ipsa sunt Somnia, sed non expressa,
at adumbrata tantum. In hac ciuitate templum est Noctis augustissimum

omnium, quod eximia religione colitur. Tum aliud est Apates Dex, & aliud

T 2 Alethiz

Mythologiae.

Alethiz delubrum, in quibus utrisque & adytum esse inquiunt & oracula.
At Somniorum à quibus frequentissima civitas habatur, nulli eadem est
forma; siquidem alia sunt gracilia & parva, & contorta cruribus & gibbo-
sa & monilis similia, alia procula suauique facie & rubicunda, & aurea, ut
ita dicam. Alia sunt terribili aspectu, & alata, & videntur aspidae aliquam
calamitatem minitari. Alia sunt regali pompa luxuque induit, quam ciuitate
siquis mortalium ingrediatur, continuo illi sunt obvia domestica
Somnia, quæ blandè venientes excipiunt, atque aliquæ semper predictarum

- formarum se illis offerunt, modo aliquid litem, modo irile nuntiantes, quæ
modo fidem seruant, quod quidem perrato accidit, (mendax est enim magna
ex parte illius civitatis multitudine & subdola) modo contraria etiam loqua-
tur, atque in animo excogitauerint. Hactenus de Somno, nunc quæ consi-
cta sint de illo, explicemus. Somnum non autem esse Iouem sopore idcirco
singitur, quoniam illi, cui commissa est rerum omnium cura & administratio,
dormire non conuenit, neque diuina natura Somno indiget, ut per illū
vires recuperet, aut incrementum capias, cum nullum vel labore vel incô-
modum patiatur. Lethenque Somni sororem illa de causa faciunt, quis per
somnum omnium strumarum & malorum obliuiscatur, qui cum ad multa
animalia eodem tempore veniat & citissimus & alitus singitur, & Noctis fi-
lius. Cum enim noctis humor stomachi vapores ad supremas partes corpo-
ris ascendentis augear, qui postea facti frigore cerebri frigidiores descendunt
inferius, atque ita gignant somnum, iure optimo Somnus datus est Noctis
filius. Ab illo maxime plantarum & animalium omnium sit incrementum,
quibus per statim id licet, quod accedit nocturni humoris beneficio; cum
vis diurni caloris interim, tanquam occulta via fermenti in corporibus la-
teat, dum nox superueniat. Ex iis igitur vaporibus nascuntur plures som-
niorum forme pro ciborum, regionum, temporum, impressorum in mente
negotiorum, ac pro temperamentorum cuiusque varietate; quæ omnia con-
sideranda sunt in explicandis somniis. Alii tamen homina, alii diuina esse
somnia contenderunt. Civitas autem illa Somniorum quæ descripia est su-
perius, propter humorum abundantiam, ex quibus somnia oriuntur, apud
Oceanum fuisse hngitur, ut patet ex his ceterinibus;

Nisi l'isæ Oceanæ habeat, quis Ares deus impetus,
et non' Oceanus noster, qui deponit impetus.

Oceani fluctus petiere, & Leucada petram,
Et Solis portas, quæ gens insomnia fertur.

- Dicuntur esse dux Somniorum portæ, ut diximus; atque per cornicem ve-
ta somnia exire, quod ita sicutum est, quia sicut igois in laterna inclusus
si cornea sit, & subtilis materiæ, facile lumen transmittit, atque aliquo pa-
cio videatur. Ita si corpus hominum fuerit per temperantiam ab omni fodi-
dorum humorum colliuione expurgatum, facile anima per id veritatem, &
specula sibi diuinitus oblata recipit, quæ somnia levata. At si crassæ fu-
rint corpora, & multorum ciborum, vel fodiidorum è diurna erupula op-
plena, tunc ea corpora animam tanquam in laterna cui eburnea sint latera &
crassioris materiæ, inclusam, veritatem somniorum intueri non patiun-
tur; quod per somni portas Homerus explicauit & Virgilius. Didimus ta-
men pelliculam primam oculorum cornicem habere formam sensit, atque
visa significare: ebur dentes sunt, qui falsa insomnia edunt; nam veriora

cer-

certioraq; sunt visa , quim audita , & ab aliis relata . ac de somno haec tenus ,
nunc dicamus de Hecate .

De Hecate .

Cap. XV.

AT Hecate quibus e parentibus orta sit , non facile dixerim : siquidem
alii ex aliis narram esse tradiderunt . Bacchylides Noctis filiam esse
dixit , cum inquit ;

Hecate facifere Noctis amplex filia .

10

Musaeus Iouis & Asterix , Pherecydes Aristei Pionis filii : Orpheus in Ar-
gonauticis Tartari filiam putauit , quam ita cum Eumenidibus ad sacrificia
accedere scripsit ;

τρεπτικατος αλισθαινετη νηπιαν , λυτη δαντην ,
ταυτηριωνας ιαδην .

Cumq; illis Hecate properans horrenda cucurrit
Cui trinum caput eit , genuit quam Tartarus olim .

Hesiodus antiquissimi eius Persie , qui fuit & Cxi filius , & Asterix filiam
Hecaten scripsit ;

Περιετη δια τηρητηνοτην , ει περι νηπιαν ,
εισιντη η μητη φιλητηνοτην ηγετητην .
ει περιετηνοτην ιαδην νηπιαν .

Edidit Asteriam pulchram , quam Persea dicunt
Vxorem duxisse domum ; quæ mox parit illi
Natam Hecaten .

Quod etiam testatur Ouid . in lib . 7. maioris sui operis in his ;

Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras ,
Quas nemus umbrosum , secretaq; sylvia regebat .

Et Apollodorus lib . 1. Hanc eandem esse Proserpinam , & Hecaten , & Lunæ 30
credidit , quare Lucifera dicta est ab Euripide in Helena ;

οὐ περιφέλειν , οὐ μη φέρειν οὐδετέ .

Lucifera Hecate benigna da Phasmata .

Hanc terribilem aspectu , proceritateque corporis vel ad mensuram dimi-
di illadis accedere dixerunt : pedesque habuisse ad serpentis formam , cum
vultus & aspectus figura proxime ad Gorgonum naturam accederet . Pro co-
ma densissimi dracones & viperæ , aliæ in cincinnorum morem contortæ , atq;
fibilantes visabantur : aliæ collum ipsum amplexabantur , aliæ spargeban-
tur in humeros demissæ , vt testatur Lucianus in Philoœnud . Dicta est etiam
Brimo à fremitu , quoniam in Apollinem inter venandum , cum illam vicia-
re conaretur , infremuerit : vel aduersos Mercuriū potius , vt sensit Is-
cius . vocatam autem fuisse Brimo ita testatur Apollonius in libro tertio
Argonauticorum ;

Ιατρος γιργει
αποιειν πειριδια . Ταχινη μηδετε χρισθεισα .
Ο πηπονικης ιαδην νηπιαν οισπειτη οι θεοι .
tum νασα ξεμαινιτ

Ignibus impositis miftim libamina fundens .

Auxilio